

penatum prosecutum, atque illum, ubi illa procubuit enisaque est porculos triginta, ibidem auspicatum † postquam Lavinium dixit, ut scribit Caesar libro primo et Lutatius libro secundo.

5 At vero Domitius non orbes farreos, ut supra dic- 12
 tum est, sed mensarum vice sumendi cibi gratia apium,
 cuius maxima erat ibidem copia, fuisse substratum,
 quod ipsum consumptis aliis edilibus eos comedisse,
 ac post subinde intellexisse illas esse mensas, quas
 10 illos comesturos praedictum esset. Cum interim im- 2
 molata sue in litore sacrificium perageret, traditur
 forte advertisse Argivam classem, in qua Ulixes erat;
 cumque vereretur, ne ab hoste cognitus periculum
 subiret, itemque rem divinam interrumpere summum
 15 nefas duceret, caput velamento obduxisse atque ita
 pleno ritu sacra perfecisse. Inde posteris traditum
 morem ita sacrificandi, ut scribit Marcus Octavius
 libro primo. At vero Domitius libro primo docet sorte 3
 Apollinis Delphici monitum Aeneam, ut Italianam pete-
 20 ret atque ubi duo maria invenisset prandiumque cum
 mensis comesset, ibi urbem uti conderet. Itaque egres- 4
 sum in agrum Laurentem, cum paululum e litore pro-
 cessisset, pervenisse ad duo stagna aquae salsaе vicina
 inter se; ibique cum se lavisset, ac refectum cibo,
 25 cum apium quoque, quod tunc vice mensae substratum
 fuerat, consumpsisset, existimantem procul dubio
 illa esse duo maria, quod in illis stagnis aquae marinae
 species esset, mensasque, quae erant ex stramine
 apii, comestas urbem in eo loco condidisse eamque,
 30 quod in stagno laverit, Lavinium cognominasse. Tum
 deinde a Latino rege Aboriginum, data ei, quae in-

□

□

□